



uxorem eo lacte faciem sibi perunxisse, Vexaris lussi
Bibe lac Asini, laboras Hydrope sume lac Asini et fa-
raberis, vexaris dolore dentium imprimis tibi proderit
lac Asini; laboras febris aut Sordida, medicamen erit
validissimum mixta vino pinguedo Asini, si quis lepra
infectus est, ieiunus hepaz Asini comedat, alius frigore
ustulatus est, cicatricibus cinerem iecoris, et Asinina
carnis oleo mixta imponat, et sanitati restituetur pristi-
na; haec et multa alia breuitatis causa omitto, ad
pedes descendere me temporis breuitas iubet, qui
tales sunt, quales in equis plerumq; nobilibus desir-
derantur, non pingues nec crassi, sed lenues et exiles,
et tanta cum grauitate incedunt, ut Imperatoribus
Regibus et Principibus talis gressus conueniat. His-
panicam, etiam grauitatem ad amulsim exprimunt,
qua causa forsitan est, ut Italorum Hispanorumq; imo
et Iudaorum olim proceres mulis, quos de Asinorum
tribu descendere nemo negat, uehi soliti sint, et uero
etiamnum uehantur. Deniq; uniuersa Asini cutis, quanta
quanta est, utilissima est, si enim ex corio, ea ea
parte, qua onera portauit, fiant calceamenta, nunquam
confumentur, tametsi lapidibus scabris iter peragatur,
quod impleto etiam ex cute Asini confecto utuntur
equeij et doni cantores in componendis cantionibus,